



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Qui religiosis foeminis præponendus fit. lxxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

inueniens, de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

*Quod res ecclesiasticae ad laicos disponenda non respiciant. Cap. LXXI.*

**S**ynodali decreto sancitum est, ne laici, vel seculares de *Ex cōcil.*  
 viris Deo dicatis, ecclesiasticisque facultatibus, aliquid ad *apud Cō*  
 se putent, vel praesumant praeter reuerentiam pertinere, *pendium,*  
 quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse *cap. 10.*  
 a Deo cura commissa docetur. Si quis contra haec venite  
 praesumpserit, anathemate feriatur.

*De eadem re. Cap. LXXII.*

**D**e viris Deo dicatis, vel ecclesiasticis facultatibus a- *Ex eodē,*  
 liquid disponendi, nulla legitur laicis, quanuis reli- *cap. 3.*  
 giosis, vnquam attributa facultas.

*Vi abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re. Cap. LXXIII.*

**E**piscopus nō debet abbatem cogere ad synodum ire, *Ex cōcil.*  
 nisi aliqua rationabilis causa consistat. *Turonē.*

*Et congregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. Cap. LXXIII.*

**C**ellulas nouas, aut congregatiūculas monachorum, *Ex cōcil.*  
 absque notitia episcopi prohibemus institui. *Epaonēsi*  
*De virginibus sacris, quae parentibus priuantur. cap. 10.*  
*Cap. LXXV.*

**V**t virgines sacrae si parentibus a quibus custodiebā- *Ex cōcil.*  
 tur, priuatae fuerint, ab episcopo custodiātur. Vbi au- *Africa-*  
 tem episcopus absens est, prouidentia grauioribus fœmi- *no, ca. 11.*  
 nis commendetur, vt simul habitantes inuicem se custo-  
 dian, ne passim vagando, Ecclesiae laedat existimationem.

*Qui religiosis fœminis praeponeendus sit. Cap. LXXVI.*

**Q**ui religiosis fœminis praeponeendus sit, ab episco- *Ex cōcil.*  
 po probetur. *Cartha-*

*De sanctimonialibus quid in claustris facere debeant.*

*Cap. LXXVII.* *Ex cōcil.*

**S**anctimoniales in monasterio constituta habeant stu- *Mogūti.*  
 diū in legendo, & in cantando, & horas canonicas so- *cap. 6.*